De infernum educimur de caelis detra
himur. In altero extrema disperatio est,
in altero superbiae magnitudo; Si abscon
diti fuerint in vertice carmeli vel iuxta
phr̃nices terminos in septentrionali pla
ga vel ad meridiem. Propter heremi vas
titatẽ ubi quodam habitavit nabucho
donosor. Melius inde quid scrutans
auferam eos; & si in profundo maris atq;
ut de pph&a loquamur in thar sis d̃i ocu
los vitare conent̃. Ibi mandabo serpenti
quem in hoc loco leviatham sive c&e signi
ficat ut seru& metaphoram per serpentẽ
atq; cete ad hostem veniat. & mordebit
eos Id est suis faucibus devorabit; ut ab
hostibus sentiremus. Iuxta morem suum
Aperuit scriptura. Quod prius sub enig
matibus dixerat; & si abierint in captivi
tatẽ coram inimicis suis. Ibi mandabo gla
dio & occid& eos. Ne scilic& extrema ma
lorũ suorũ aestiment servitutem. Sed
&iam captos hostilis mucro confodiat.
& qui super esse potuerant & mortem eva
dere di aspectũ non effugiant. Sed po
nat super eos oculos suos in malũ & ñ in bo
num ut semper eos visit& & ad poenitem
tiam p tormenta conpellat; & haec factu
rũ ẽe se dicit omps d̃s. Ad cuius tactũ & nu
tũ terrae fundamenta quatiuntur sive
tabescunt. & omnis eius habitator. Planc
tum & luctibus occupatur; Quae loquit̃

ut ostendam magnitudinẽ divinę po
tentiae. Ne forsitan velit quidem face
re quod minatur sed vires non impleant
voluntatẽ. Si naũtem terra tabescit sive
concutitur & creatorem suum insensi
bilis quoque natura persentit. Quanto
magis homo fragile animal. Cuius ani
mae thesaurus in vasis fictilibus atq;
corporeis clauditur. & quomodo aegyp
ti fluvius decurrit in mare atq; sor
bitur. Ita & terra isr̃t de qua supra dixe
rat qui tangit terrã & tabescit. Ibit in
captivitate & ab hostib; devorabitur; &
haec quidem sequenter historiae ordinẽ
utcũq; potuimus interp̃tati sumus. Si
tamen in quibusdam nos intellegentia
non defecit; Ceterũ omnẽ locũ istũ david
explicat dicens; D\~ne pbasti me & cognovis
ti me. Statimque infert quo ibo a sp̃u tuo
& inde uteronomio quoq; simile quid legi
mus; Mandatũ hoc quod prę cipio tibi ho
die. Non supra est. neque procul positũ. Nec
in caelum iuxta ẽ sermo. & valde in ore
tuo ut facias illud; Quando enĩ anima vin
culis laxata corporeis volandi quo velit
sive quo ire conpellitur propter tenuitatẽ
substantiae habuerit libertatẽ aut ad
inferna duc&ur de quib; scriptũ est. Con
vertantur peccatores in infernũ. & in
inferno quis confitebitur tibi. & discen
dit in infernũ gloria tua. Aut certe